

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Desiderii Erasmi Roterodami Paraphrases In Novvm  
Testamentvm**

Praemissa Est Io. Aug. Noesselt Historia Paraphraseon Erasmi Rot. In  
Novum Testamentum

**Erasmus, Desiderius**

**Berolini, MDCCLXXX**

**VD18 90514300**

Titelblatt

**urn:nbn:de:gbv:45:1-14035**

DESIDERII ERASMI  
ROTTERODAMI

PARAPHRASES

IN  
NOVUM TESTAMENTUM

EX RECENSIONE  
*IOANNIS CLERICI*

CURAVIT

IO. FRID. SIGISM. AUGUSTIN.

---

PRAEMISSA EST  
IO. AUG. NOESSELT

HISTORIA  
PARAPHRASEON ERASMI ROT.  
IN NOVUM TESTAMENTUM,



---

VOLVMEN TERTIVM

---

BEROLINI  
SUMTIBUS HAUDE ET SPENERI,  
CIC MDCC LXXX.

DESIDERII ERASMI

ROTOROMANI

PARAPHRASES

IN

NOVUM TESTAMENTUM

EX PRESSIONE

JOHANNIS CALYCA

OVERAII

IO. FRID. ERASMI AUGUSTINI

ORATIONUM

IO. AUG. NORSSELT

HISTORIA

PARAPHRASTON ERASMI

IN NOVUM TESTAMENTUM



ERASMI

ROTOROMANI

DESIDERII ERASMI

ROTOROMANI



---

AUGUSTINO SUO  
I O. A U G. N O E S S E L T

s.

**I**dentidem me provocasti, HUMANISSIME AUGUSTINE, ut, quae ex Erasmicarum reliquiarum lectione aut aliunde collegissem pertinentia ad historiam Paraphrasium Erasmi in Novi Testamenti libros, ea referrem in literas communemque in usum ederem. Cui voluntati TUAE equidem non invitus obsequor, non quo me putem ea de re tradere aliquid admodum exquisiti posse, sed quod et ipse iamdudum gestiat animus meus, et meo in Erasmus amor, et studio TUO, et lectorum a TE excitato desiderio quodam modo satisfaciendi. Me quidem memini adhuc iuvenem incredibili legendorum Erasmicorum librorum cupiditate teneri; in quibus cum Paraphrasium suavitate in primis animum recreatum, studium autem sacrarum literarum vehementer inflammatum adiutumque sensissem: curiosa lectione conquissiveram, quidquid ad earum originem conversionesque cognoscendas facere posse videretur. Haec igitur cum obiter ac animi magis causa, quam cum consilio historiae harum Paraphrasium scribendae collegissem, eaque diu indigesta in commentariis iacuissent: effecisti, AUGUSTINE, proposito TUO praeclari operis typographi formis restaurandi, et novo veluti auctario commendandi, ut ego, qui vel suadendo in consilii TUI societatem venissem, humanitate TUA excitatus, operam meam in contexenda de